Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26469
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quante fuerit

Monstrauit populis quante fuerit bonitatis.
Hic feritate fruens quem dodo peremerat amens;
Nam cum conderet tumulo in mensus odor affuit celo.
Vincens omnia aromata suauitatis fraglantia.
Nec defuit angelorum sublimitas eius sarcophago pri
morum dierum illud custodiens tempore ostendensque
sui carminis prosodia que munerum premia in celesti
aula eius possideret anima.
Ut subtilis erat dicti uox presulis alma.
Illuc uicini multo ad miramine ducti.
Sepius accedunt et quid sit noscere querunt.
Qui sint quidque canant uel que sint munera uocis;
Sed tunc interius proprios extendere uisus.
Dum cupiunt ea uox tenui subducitur aura.
Vt solet audiri cum uas contingitur eris.
Et sonus assurgens paulatim ducitur astris.
At docte dum se retrahunt ut longius essent.
Dulcibus auditu resonabat uocibus aer.
Conuenit etiam omnis pene prouintia de absentia eius
lugentes ineffabili mestitia et ad celos alta usque
emittentes suspiria. Compleuit autem sacratissimus ponti
fex lantpertus et martyr xpi gloriosissimus cursum
sui agonis xv kl octobris. Regnante domino uiuo et ue
ro in trinitatis plenitudine cui extat laus et sanctorum
iubilatio nec non et perpes gratiarum actio nunc et
semper per in mortalia seculorum secula. Amen.